Paraphrasis Orationis Mtiæ Memmii.

O vos Romani cives, multa me à negotiis vestris curandis deterrent; nisi studi-
um, quod debeo Reipubl. vinceret via dehortamenta et obstacula: Deter-
rerent facultates et potentia factiosorum, Calphurnij videl. et Scauri: deterreret
vestra, quâ tantam dominationem summo cum dedecore vestro suffertis, patientia:
deterreret jus, quod nullum ē, ac maximè deterreret hoc, quod plus periculi, quam
honoris vobis ē, innocenter ac continenter vivere volentibus. Nam tædiosum mihi
equidem ē ac miserum dicere, q. notissima vobis, videl. in quantum irrisionibus
perbia paucorum his quindecim proximè abhinc elapsis annis fueritis: quam turpiter
benè multi in quibus M. Fulvius, Tiberius Gracchus, Cajus item Gracchus, vindicati à vobis
perierint: ut vobis animus corruptus sit à pusillanimitate, q. ne nunc quidem, cum
maximè deceat, et res urgeat, in ultionem injuriarum, aut in defensionem liberta-
tis vestræ, quasi obnoxij et obstricti inimicis vestris estis, exsurgitis, sed etiam nunc
paucos illos potentes timetis, quibus vos ad terrorem deesset ē. Sic itaq. quanquā
talia et alia quam plurima me dehortarentur, studium tamen Reipubl. subigit
me obviam potentiæ factiosorum ire. Certè contentabo quid possit libertas, q. tradi-
ta ē mihi à Patre meo. Utrum, positum hoc est consilium ē in vestra, Quirites
Potestate, an ego nequicquam vel inpatiter experiar libertatem Patris mei,
ob commodum et utilitatem publicam. Nempe, si adjutores mihi eritis, ob rem;
sin minus, frustrà fecero. Neq. tn. ego hortor vos, O Quirites (quod majores
vestri fecerunt sæpe) ut eatis armati contra injurias: Nullo hæc opus ē violento
bello: nec opus ē discessione à Patribus in montem sacrum aut Aventinum,
ut olim fiebat. Necesse ē ut factiosi in ruinam proprio instituto eant. Graves
contra plebem Romanam, Occiso Tiberio Graccho, inquisitiones habitæ sunt, quip-
pe, ajebant homines invidiam regium sibi in plebem Romanum extendere, eo quod
populum et ejus libertatem defendere molirent. Post Caji Gracchi et Marci Fulvij
occisionem, consimiliter multi homines plebeji in carcere sunt occisi. Non Lex
Porcia, q. vetat in civem pœnâ sanguinis animadvertere, verum exsaturatus vindictæ
appetitus finem utriusq., sub Tiberio scil: et Cajo Gracchis, facta clades faciebat fi-
nem. Sed sanè permittam illis, quod restituerunt plebi sua jura, ut ajebant
Gracchi: an a. jure hoc obtinebitis, quod sine maxima effusione sanguinis ci-
vium obtineri nequit? Proxime elapsis abhinc annis indignabamini expilari fiscū
Reges et populos liberos paucis nobilibus persolvere pensiones penes paucos illos sum-
mam gloriam et maximas divitias ē, tn. ipsi parvi pendebant, nec contenti erant
impunè hæc talia facinora suscepisse. Et ita leges, majestas vestra et omnia divina
ac humana jura hostibus vestris potentioribus sunt tradita. Neq. pudet aut pœnitet
eos, q. fecêre ea: Sed ipsi incedunt magnificè ante conspectum vestrum, jactantes
sacerdotia, et consulatus, quos partim triumphos suos, ostia ea ad honorem, non
ad prædam habeant. Servi pecuniâ exempti, imperia injusta dominorum non patiuntur.
Vos autem? Annon, vos Quirites, nati imperio indignè facitis, quod tam
patienti animo servitutem toleratis? Facitis utiq. contra quam vos decet. Cogitate, cogi-
tate quales hi sint, q. insidiosè et callidè Rempubl. occupaverunt! Sunt homines
sceleratissimi, habentes manus cruore innocentium cruentas: sunt homines, haben-
tes immanem avaritiam nocentissimi et iidem superbissimi, quum tn. ob conscien-
tiam deberent ē submissiores: Sunt homines, quibus fides, decus, pietas, etiaq.
deniq. honesta ac inhonesta ad quæstum sunt et ad lucrum. Istorum alij
pro præsidio habent, in quo confidant, occidisse tribunos plebis, ut scil: necem hominum
plebejis sint terrori; Alij pro munimento habent fecisse inquisitiones et post
illas iniquas falsisq. testibus comprobatas accusationes. Plurimi eorundem pro mu-
nimento habent, occasionem contra vos et seditionem mortiferam fecisse. Quan-
to quisq. fecit pessimè, ita maximè tutus ē sibi videtur, quia maximè timetur.
Et ita sanè illi metum à scelere suo ad oscitationem vestram et ignaviam transtu-
lerunt, quos sceleratos omnes idem velle et idem nolle et in unum compulit
et congregavit collegium. Sed amicitia ut ut inter bonos sit hujusmodi conciliatio,
inter malos tn. ē seditio. Quodsi vos tantam libertatis amissæ recuperandæ
curam haberetis, quantum adversarij nostri ad dominandum sunt accensi, reverâ
neq. Respubl. vastaretur, neq. honores penes pessimos, sed penes optimos essent.

Majores